

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6317

**Auteur(s) :** Adam, Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbé)

**Bénéficiaire(s) :** Seobald, Bayeux (chanoine)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1238-1240]

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Adam, abbé de Préaux, fait savoir que Seobald, chanoine de Bayeux, a résigné en faveur des moines les maisons qu'il tenait d'eux à Rouen, rue Saint-Amand, demeures qu'avait tenues maître Osmond le médecin ; qu'il a promis par serment aux moines son aide et son conseil contre tous, aux frais de l'abbé. En récompense des bons services rendus par maître Seobald et en compensation des maisons, les moines lui accordent sa vie durant une rente de huit livres tournois à prendre sur les revenus du marché de Préaux : quatre livres à la Mi-Carême et quatre à l'Assomption à recevoir du prévôt, assorties, en cas de retard de paiement, d'une amende de cinq sous par jour.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, annexe V, p. 491-492.

## Dissertation critique

Datation proposée par D. Rouet : [...1238-1240].

Texte établi d'après a

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Adam abbas et conventus Sancti Petri de Pratellis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod, cum magister Seobaldus, clericus canonicus Bajocensis, teneret de nobis quasdam domos apud Rothomagum in vico Sancti Amandi, quas magister Osmundus fisticus de nobis tenuerat, dum viveret, idem magister S. nobis predictas domos resignavit et omnino dimissit et nos quietavit de omnibus querelis quas habebat contra nos vel habere poterat de tempore retroacto et nos similiter ipsum quietavimus de omnibus querelis, si quas habebamus vel habere poteramus contra eum de tempore retroacto. Dictus siquidem magister S[eobaldus], nobis prestito corporali sacramento, promisit quod consilium et auxilium nobis et ecclesie nostre fideliter impendat contra illos, contra quos de jure poterit et debebit, ita cum quod, quotienscumque pro nobis laboraverit, competentes eidem expensis tenebimus ministrare. Nos, vos attendentes honeste servitium et utile quod prefatus magister S[eobaldus] nobis et ecclesie nostre pluries impendit in locis pluribus et remotis et pro recumpensatione dictarum domorum, eidem dedimus et unanimiter in pleno capitulo concessimus VIIIto libris turonensium annui redditus, quamdiu predictus S[eobaldus] vixerit perciendas singulis annis in redditibus mercati nostri de Pratellis ad duos terminos : IIII libras in media quadragesime et alia IIIor libras in assumptione beate Marie virginis per manum prepositi nostri ejusdem mercati. Ita tamen quod, si in solutione dicte pecunie cellaremus in terminis prenotatis vel in aliquo terminorum pro unaquaque die in qua retarderetur, solutio pecunie

memorate ultra terminum prenotatum eidem magistro Seobaldo teneremur in V solidis turonensium nomine pene. Et sciendum est quod, si predictum mercatum deficeret vel redditus mercati defficerent, nos eidem S[eobaldo] in alio loco competenti prefatum redditum teneremur excambiare et sufficienter assignare sub pena superius nominata et terminis prenotatis. In cujus rei testimonio sigilla nostra duximus presentibus litteris apposuimus.